



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor inter spinas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXII.

AMOR DEI,

Amor inter spinas.

¶ Anima, quæ vivit in Amore Dei, est sicut liliū in-
ter spinas. *Can. 2.* Spinæ sunt culpæ, quantum vis
sunt: spinæ sunt pœnæ, sunt tentationes, sunt motus
inordinati passionum. *Donc in carne est anima, inter
spinas profecto versatur,* inquit Bernardus s. 8 quamdiu
vivat in corpore mortis huius, circumdatur spinis.
Quia est totus mundus spinis ab omni parte.

O spinæ mundi amaræ! Vis, tibi dulcescant? Per-
victa in spinas Christi: quod facies, sufferendo spinas
mundi amore Christi: & tunc spinæ mundi erunt spinæ
sancti, cum sufferentur pro Christo. O dulces spinas,
in capite spinoso, in societate spinarum Christi! Li-
lum non deficit inter spinas, sed inter eas nascitur,
& est pulchrius: Sic non debes animum despondere
inter spinas, sed in ea vivere, & in perfectione semper magis
proficere.

Amabo igitur spinas, flores paradisi: amabo spinas,
quæ aculeum perdiderunt in capite Christi: amabo
spinas, quæ, etsi parumper pungant carnem, tamen
pungunt spiritum. Inter sacras has spinas & vivere cupio,
in mari d. s. dero.

CONSIDERATIO XXIII.

AMOR DEI,

Oriundus à DEO.

¶ Quæstio. Ante Amorem, Divine Amoris, quibus es ortus natalibus?
Divinis, quæ tua origo? Divina Quis locus natiuitatis?
K 5 Deum.